

Andreas Trivicius Episcopus
Dioecesis Petro Tomicio Episcopo
Vice-Cancellario Regni.

107


Reverendiissime Domine, !
Volaverunt huc nuper a Domino Duce Prus-
siae Dominus Lascki, cum Domino Andrea
Posnaniecu & peracto tantum apud me prandio
rursus avolarunt.

Ex Domino Lascki inter alia quae non libenter
audivi, intellexi ipsum Dominum Ducem non
esse contentum de absoluteione sui, in negotio
lectionis, venireque ipsum ad conventum futu-
rum, & nobiscum disputare tam in Senatu qu-
coram Nuntiis Serrarum velle, non alium tamen
culpave, quam majestatem Regiam & nos spi-
rituales, & cum Dominus Lascki querevet
a me quomodo illius argumento respondere
poterimus, quo in hunc modum utitur, si lo-
cum habeo cur sedere non debeo? Si of ha-
beo, cur non debeo loqui? Dixi.

Privilegium eius facile pro nobis responsurum
esse, in quo expressum est, quod locum habere
debet majestati Regiae propinquiorum, in Electio-
nibus vero Reges adesse non solent, ideo se-
quitur, illum in Electionibus locum non habe-
re, sed in illis duntaxat Conventibus, in qui-
bus adest Majestas Regia, alioquin oporteret
id aliter in Privilegio Describere. ~ Prose-
ctio non carent mysterio conatus ejusmodi tam

per
ee

peritinaes, expediretque paulo, diligentius fu-
turis prospicere. Latet enim si nisi me O-
mnia fallunt. Latet nescio quis. Anquis
in herba, atque utinam Jovis tantum. Ca-
etera coram si dante Domino sui Synodo. O



Anno